Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



permisit et diem extrinsecum iudicii ex
pectare ad iudicandam noluit sed
eos igne iudicii ante iudicii diem
peruenit Et ecce malum et quasi cum
difficultate credidit cum audiuit
et tamen sine tarditate percussit cum
uerum cognoscendo repperit ut nobis
uicem daret exemplum quod maiora
crimina et tarde credenda sunt
cum audiuntur et cuius puniendam cum
ueraciter cognoscuntur Sed omnes qui
in dei uisione proficiunt quanto ma
gis diuinitatis interna conspiciunt
tanto magis se nichil esse cognoscunt
Nusquam quippe legitur quod abraham
cinerem et puluerem se esse professus
est nisi cum habere dei locucionem me
ruit dicens loquar ad dominum
meum cum sim puluis et cinis
Esse aliquem se credet si ueracem
esse sententiam quam super ipsum est minime
sensisset At uero ubi incommutabilem
x xpm contemplandum super se rap
tus est impletus tante contempla
cionis potencia dum uidet illum
nichil se esse nisi puluerem uidit
Unde et prophetam repletus eadem
sapiencia exclamat Memento
domine quod puluis sum Quid est ergo
dicere loquar ad dominum meum
cum sim puluis et cinis Sunt
nonnulli quos census pertimorem
non eleuat sed prima opera ex
altat Et sic nonnulli qui dum
se terrenis operibus habundare
conspiciunt dei diuicias
non requirunt atque eternam patriam

non amant quia hoc sibi sufficere quod
rebus temporalibus fulciuntur putant
Non est ergo census in crimine sed
affectus Cuncta enim quae deus
condidit bona sunt Sed quod bonis
male utitur profecto agit ut quasi
per edacitatis inglumine et per quam
uiuere debuit panem moritur
Pauper ad requiem lazarus ueniebat
superbum uero diuitem tormenta
cruciabant sed tamen diues abraham
fuerat qui in sinu lazarum tenebat
quia tamen auctori suo colloquens dicit
loquar ad dominum meum cum sim
puluis et cinis Quid itaque istas
diuinas suas estimare nouerat
qui semetipsum puluerem cinerem
que pensabat Aut quando hunc
res possent extollere qui de se
earum uicem possessore tam abiecta
sentiret Aperte id criminis in quo
loco eum dominus posuerat quod pul
uerem se ac cinerem et iam dum cum
deo loqueretur estimabat Si ergo
se despicit qui usque ad honorem
diuine locucionis ascendit solli
cita intencione pensandum est quam
pena illi feriendi sint qui et
ad summa non proficiunt et tamen de
minimis extolluntur

In expositione beati Iob libro
vi

Cum de electorum inno
cencia contra prauorum in
sidias munita tractaretur
adiunctum est Vim faciebant
loth uehementissime et iam proxi
mum erat ut frangeret flores

Vim faciebant loth uehementissime